Fatū. a foris. dī. hoc fatū ti. et dicūt fatū esse quid-
quid tēus fatū. Vel fatū est tēplicis successio vel euē-
tus rēa deo pūlārū. Et singunt tria fata. in colo et
fuso. et digitis fila ex lana trahentibus. ppter trīnā vari-
atōz rep. Quedaz vero desinūt esse quedā. incipiūt etē
quedā plementar. vel ppter tria tpa scīs pteritū qd in
fuso iam netum et inuolutū est. P̄sens qd inter digi-
tos nentis. trabit. Futū quod est in lana que in colo
implicita est. et quod adhuc per digitos nentis ad fu-
sum tanq p̄fens ad pteritū traciendū est. Et
est idē fatū et fortuna. Sed in hoc differunt quia for-
tuna est in his que fortuitū veniunt nulla palam causa.
fatū vero est appositū singulis et statutis. sed hoc alte-
rius p̄sideratōis est. Scđm vero qntilianum de causis
fatū dī. a facio vel sio. vnde et ait. Quid est fatū nisi
quod fit. et non habet causas. Boctius vero in q̄to li.
de consolatione dī. Prudentia ē ipa divina ratio in
summo oīm principe p̄stituta que cuncta disponit. Fa-
tū est inberens rebo mobilis dispositio per quam pro-
videntia suis queq p̄nectit ordinib. A fatum dicit fato-
tas. tui. i. destinare designare. et hic et fatū fatalis et hocle.
qd fatō debet. vñ fatalit aduer.
Fatuo. as. ani. i. fatū facere. et dicit a fatūs et comp.
Diffatuo as. i. diversis modis fatuare. vel a fatuitate
remouere. Infatuo as. i. valde fatuare. et ē actuū cum
omnib suis p̄positis.
Fatus ta. rum. i. locutus. vide etiā in foris.
Fatus tua. tñ. dī. a foris. et dī. fatuns. qd imperitiā
suam ostendit fando. quidquid latet in animo vel res-
pondendo ad interrogata. Vel ideo fatuns dicitur a
fando. quia nec quod ip̄e fatus. nec qd alij dicunt intel-
ligit. et differt fatunsa stulto. quia stultus est qui per
stuporem non mouetur iniuriā et sevitiam perfert. nec
vltus est. nec villo ignominie cōmouetur dolore. quia
stultus est hebetior corde. Unde quidam. Ego stultū
me extimo fatuum esse non opinor. id est obtusum siq-
dem sensibus. non tamen ut ille. et comparatur fatuus
magis fatuus fatuissim. vnde fatue magis fatue. si-
me. aduerbi. et hec fatuitas tatis. fm hug. Vel fm
quosdam fatuū dī. qui fando ostendit impitiaz suam.
Sennitus vero est qui semp p stupore mouet in nimia
seniū in corde nec p̄fert.
Fancio onis. fe. ge. in fautor exponit.
Fanticus ca. cū. penk. cor. est ille qui vera dicit cui cū-
ci fauent. et vider componi a faueo ues. vel dico vñ dī
cū. qd eius dictis fauet.
Fauēo ues. ui. fautū fauere. i. suffragari auriliari. assē-
tire. fauorem dare. et p̄prie in malo. Fauēo neutrum est
cum omnib suis compositis. Item fauēo in p̄nti corr.
hāc syllabam fa. sed in pterito eam. pducit. Hobias
Et legi faueas. tibi sicut amaris amet proxim⁹ et de
beret lupinū facere fatū vi p̄tentē connuersa in tū s̄

F ante I

addit u. ad dīaz de fatū ti. sic et caneo cani. catū. debet
facē. s̄ facit cautū ad differētiā b̄ noīs cat̄ cata catuz
Fani ē pteritū de fauēo ues. et p̄du. p̄mā. Itē fauēi est
genitius hui⁹ noīs fauēus ui. p̄ brisca miellis. et tūc cor.
p̄mam. vñ de x̄sus. Basia plena fauēi mibi das ideo ti-
bi fauēi.
Fauilla. A fos quod ē ignis dī h̄ fauilla le. i. scintilla.
Et scintilla p̄prie dī accensa. fauilla h̄o extincta et igne
extincta. qd fauilla ē extinct⁹ scintille ignis vñ cinis. et dī sic
qd p ignē effecta sit. vñ et dī fauilla. qd fos vulsa. vñ dī
fauilla qd fagilla. a fagin qd ē comedē. qd est cibo ignis.
vel potius reliquie cib⁹ ignis.
Fauillus li. di. p̄nus fau? Idem etiā fauillus li. dī.
Fauissor soris. ē p̄sator qui semp rogat et fauet deo.
et sibi bene euēiat. et dicit a fauēo ues.
Fauinus uia. nūm. i. leuis et imponderosus. et dī a fau-
nius nūj. qui dicit ventus leuis.
Fauini. a fando vel fonos dicti sunt qdā vñ siluarum
fauni. qd voce nō signis ostēdebant futura in lucis⁹ ful-
ti a paganis. Hi vulgo incubi vñ incubones a roman⁹
vero fauni scirpi. dicunt.
Fauonius. A fauēo ues. dī h̄ fauonius nūj. leuis vñ-
tus. qd zephir⁹ dī. Et vocat sic fauonius. qd ei⁹ fau-
re flores. pducunt. et tra geriat. Unde Ovid. Usq
sub aduētu spirant⁹ leue fauoni. Vñ fauoni⁹ nūa. nū.
et h̄ fauoniu⁹ nūj. leue odiz quod ciro transit. et cadit ad
modū illius vñeti. Faunon⁹ etiā oli dicebant spury. qd ex-
p̄ie certa et mīc vidua sunt geniti. et h̄ id. qd qda⁹ aia-
lia fauonio spiritu bausto p̄cipe extimant.
Fauor. a fauēo ues. dī hic fau or uoris. i. auxiliū. laus
assensu. vñ fauorosus sa. suz. i. fauore plen⁹. Idē et fau-
torius ria. rū. a fautor. et h̄ et hec fauorabilis et hoc le.
et p̄patr fauorabilior. lissimus. vñ fauorabilit⁹ liss. si-
me. aduer. et h̄ fauorabilitas tatis.
Fauſtido dī. in faust⁹ vide.
Fauſtus a fauēo dī. fauſtus sta. stū. i. felix cui fortuna
fauet. et p̄pat faust⁹ tio. sim. vñ fauste ti⁹. simē. aduer.
Et h̄ fauſtido dī. i. felicitas. Faust⁹ p̄po. Infauſtus
ta. tū. i. ifelix. cui fortuna n̄ fauet. s̄ aduersa et ei nō
contingit nisi male. a faust⁹ dī fauste aduer. pspere fe-
liciter pie.
Fautor. a fauēo ues. dicit h̄ fautor toris. id est lauda-
tor. p̄sens; in malo. Et hec fautō onis. laus vñ conſen-
sus in malo sīc amicicia consensus in bono. Qd em̄ est
amicicia inter bonos. hoc idem est fautio inter malos.
vñ fautōsus sa. suz. in malo consentiens. et scribis pert.
fautio et fautiosum nō p̄ c.
Fautoris. in fautor exponit.
Fautū est lupinū de fauēo ues.
Fauus nī. mel est i cera. s. brisca et dī a fagin grece qd
est comedere latine quasi fagus. qd magis comedit qd
bibis et cor. sa sicut dixi in fauī pterito.
Faux. A fos qd est vox dī fauēo. fances sunt angu-
ste fistule gutturis quasi foces id est voces per quas vo-
calis spū ab intimo pectori exiliens sonuz vocis emittit
et dicunt sic. vel a fundēdis vocib⁹ vel qd per eas fa-
mūr voces. Vel fauces dicunt a fos qd est aer. quasi
fos capiētes. i. aerem. vel fauces dicunt a fagin qd est
comedere. et fm hoc fauces dicunt maxille quibus co-
medimus. Et ad siltudinē fauciū dicunt fances loca.
stricta et angusta sicut est aditus viaruz inter altos mō-
tes. Similiter ad similitudinem fauciū dicuntur fau-
ces ostia fauiorum et exitus in mare. quia locus ille so-
let esse strictus et angustus ad modū fauciū. vel quia
per locū illuz aque et naues exēunt sicut per fauces vo-
ces. Et afaue p̄poni suffoco cas. Et scias qd inuenitur
faue p̄ u. et p̄x. et fassine u. et per s. id ē licitum. et fax sine
u. p̄ x. et fale per l. et per x. sicut patet i hoc x̄su. Fauē est
faſq licet. reſecat faly. fax quoq̄ lucet. Exponē faue ē
id est comedit cetera patet.

¶ De litera

Faro. a facio cis. dicit faro faris. fayit. i. facere abum defectiuū et comiciū. et non habet amplius nisi predictas voces et farim. Et scias q̄ faro faris farit. q̄nq̄ accipiunt in vi futuri q̄nq̄ in vi presentis. taꝝ subiunctiuū q̄ indicatiū. Farim est p̄sentis tpiis subiunctiuū modi accipit tñ p̄ futuro.

Far facis. femī generis id est teda. et dī a fos quod est ignis. quia faciat ignem quasi fos capiens. vel focos. faciens. Inde facula le. diminutiuū. id est parua far.

F ante E

Febe. febes. i. luna dicitur a fos quod est lux vel clara et acuitur ultima syllaba. Item hic febus bi. id ē apollo vel sol a fos dicitur. Unde dicit Papias. Febus et febe sol et luna dicuntur a fos id est claritate. Febe id ē clar. ab feo quod est fos id est lux. Hug. ho di. A fos quod est lux dicit est sol phebo. i. lucidus. et quasi ad iectiuū. vnde febus apollo quasi lucidus da. dum. vel phebus grece latine interpretatur cōmuniſ. quia communiter temperat et frigidos. et calidos planetas vnde phebus bea heum. et potest scribi phebo q̄ f. vel p̄ pb.

Febriticitas. penulti. cor. qd̄ et febricitor taris. inueni tur in depo. ge. i. febrem habere et deriuatur a febris.

Febricula le. dimi. pua febris.

Febrio bus. id est febriꝝ habere dī a febris. et a febriꝝ febris. inchoatiū.

Febris bus. fe. ge. dicit a ferueto nes. quia facit hoēz fernere. vel dicit a frigeo ges. quia facit hoēz frigere. Et dessinit accusatiū singularis in em. vel in im. et febiꝝ vel febum. et ablutiꝝ in e. vel in i. et febre vel febri. etiā actūs pluralis in es. vel in is. et febres vel febris.

Februa orū. ge. neu. pluralis numeri. i. sacrificia et purgationes q̄ olim solebant fieri. p̄ animabus defunctor. vnde februatus ta. tum. id est purgatus. Et februo as. id est sacrificare vel purgare. et bic februus febri. id est pluto. Februi etiam dicunt manes. quia eis siebant hmoi purgationes. et a februus vel febri dicitur hic februario r̄i. quidam mensis dicit sic. quasi sacrificatoriis vel purgatoriis siue purgatiis. quia in illo mense olim p̄cipue siebant februa p̄ aiab̄ defunctioni ipsi plutoni. vnde februario r̄ia. rium.

Februarius in februa est.

Febus bi. maseu. ge. in febe est expositū.

Fecialis. A fedus federis dī hic. et hec fecialis. quasi fedialis. i. sacerdos. p̄ quem federa siebāt. vel qui bella annunciat. q̄ potius dicebatur secularis. Un oliz feiales dicebant fediales. quia p̄ eos federa siebant sicut p̄ secularis bella. Fecialis ergo p̄ pie dicebat ille q̄ legatō vtebatur p̄ federe et pace fīm hug. Pap̄. etiā dicit. Feciales dicunt per quos federa et bella indecibant. i. sacerdotes.

Fecinū n̄j. dī a fex. et dicunt fecinia minuti acini. et dure cutis. quia plus fecis faciant q̄ alii acini.

Feco. a fex dī feco cas. caui. care. i. fecem facere. vel fēce inficere. Et cōponit. defeco cas. id est purgare q̄si deoīsum a fece ponere. Unde p̄pheta. Undemie defecate z̄. Item effeo cas. id est purgare q̄ extra fecē ponere ab ex et feco cas. Feco cas. p̄ fecem facē neutru est p̄ deturpare est actiuū. Composita ho ab eo omnia sunt actiuā. et pdicunt hāc syllabā fe.

Fecula le. dimi. pua fex. fecula etiam dicit vua de costar vel pinguis.

Feculentusta. tū. i. fetidus et dicit a fece vel fecula v̄l p̄ponitur a fece et lentos qd̄ est plenum. vñ feculēta. tñz. i. fece plenus vel fetidus. et p̄patur. vnd. hec feculenta tie. id est fetiditas.

Fecundus. A fetus dī. fecundus da. dum. i. fertilis abū dans quasi fecundus. i. fetu vndans. vel quasi fetu dās et p̄patur fecundus dī. dissimus. vñ fecūde dius sime aduer. et hec fecunditas tatis. Fecundus componit

F ante E

infecundus da. dum. i. non fecundus sterilis et secundus fecundo das. id est secundū facere.

Fedeo des. i. fedū esse. a fedo das dī.

Federo. A fedus teris. dī federo ras. id est pacificare sedus firmare. Et p̄po. p̄federor ras. i. p̄iungere. colligare. vñ v̄balia p̄federator. tri tio

Fedo das. dā. dare. i. deturpare. et p̄po. p̄fedor das defedo das. i. mundare vel valde fedare. Difedō das id est diversis modi fedare. vel mundare. Efedor das. id est valde fedare vel extra feditatez ponere. Refedo das. i. iterum fedare. Fedo et p̄posita ab eo actiuā sunt et producunt hanc syllabam fe. ij. Reg. xvij. capitulo dī et cum audierit israel q̄ fedaueris patre z̄ tuū robore tecum z̄. Virg. in ij. eneid. Hemesam predam. et yes stigia feda relinquit.

Fedosus sa. sum. id est fedus da. dum. et p̄patur fedosus sior. simus. et deriuatur a fedus da. dum.

Fedus. federis id est pactum vel pax que fit inter dicentes et dī a fedus da. dum. fuit vero olim p̄sueto do q̄ cum aliquis vellet mire fedus q̄dam porca sacrifacere in hunc modū. maio; et ista pte. et minor et alia siue esset impator siue esset rex. siue alius princeps ebant illam porcam et ipsam p̄cuciebant. et turpiter occidabant. quasi dicerent. sic occidatur ille q̄ a pace resiliat. et inde dictū est fedus a porca feda et turpiter occida. cuius mors optabatur ei qui a pace resiliat vel dicitur fedus a fide. Vel dicit ab hirco et edo f. litera addita. vel potius posita p̄ b. que haber in hoc nomine hircus. et dicit fedus sic. quia hircus et edus cum porca immolabant in federe faciendo. Et fedus p̄uenit pacem sed federis ptes sunt inducie dicte quasi dies oī. et inducta oīa. et scribit foedus teris p̄ oe dipthongon.

Fimiliter foedero ras. Inuenit fedus da. dum. adiectiuū id est turpis deformis. sordidus. et deriuatur a fedo das. et compatur fedus dio. simus. vnde fedo dīa. sime. aduer. et hec feditas tatis. et scribitur per e. solam producit tamen primaz. Unde versus. Gordidus est fedus pro pacto dicit foedus Judith. xxij. ca. dicitur fedum est enim apud assirios si femina irridat virum

Fedus da. dum. in fedus teris. exponitur

Fel. A follis dicitur fel lis. q̄ sit follicul⁹ gestas humorem qui vocatur bilis. et dicitur fel tam follicul⁹ q̄ ille humor. et scribitur p̄ duo l. in ḡto. Nam ḡtis format a ntio additā lis. sicut et mellis a fel deriuatur felle⁹ leum. i. de felle existēs vel amaru.

Felena ne. q̄dam bestia valde timida sez certua. et p̄io eodem inuenit hec feles indeclinabile. Quid. in v. metra. Feles soi. phebi niuea saturnia iacta

Felicito tas. frequē. est de felico cas. caui. catum. catu et format ab hoc supino felicatu a. mutata in i. breue et u. o. si. et ab ipero ras. impatu a in i. breue et u. in o. fit impito impitas.

Felico. A felicē deriuatur felico cas. catu are. i. felicem facere a quo felicito tas. frequē. vide in felix

Felix cis. ge. om. id est beatus fortunatus diues et dī felix et q̄ dat felicitatem et qui accepit et p̄ qd̄ dat felicitas et felix t̄p̄s felix locus et p̄patur felix cior. cissim⁹.

Felicitate philosophorū siue p̄tēplatione dicaz iūta et felix deriuatur felico cas. i. felicem facere. A quo felicito tas. frequē. Felix componit infelix. i. non felix in fortunatus. et similiter compat. Un feliciter cius. sine aduer. et hec infelicitas et felico cas. i. infilgere infelicitē facere. A quo infelicito tas. frequē. et formatur ab hoc supino infelicatu a mutata in i. breuem et u. in o. fit infelicito tas. sicut volo. volatu. volito tas.

Rogo gas. rogatu. rogito tas. Ut supra ostendi in tercia pte in capitulo de p̄bo freqntatio. Et scias q̄ felix dī q̄si facielet et est ethymo. et p̄du. fe. Un lucan⁹ in q̄rto. Felix q̄ potuit wñdi vitare ruinā. Quo lacat iā scire loco z̄.

De litera

F ante **E**

Femella le. di. quia femina.

Femellarins. A femina dī femellarius rī. i. mulieratus. feminineis vī feminineo opī dedit⁹ vī fēmīos babēs mores. vēl volūtati fēmine deditus. 7 obnōti⁹ quialio nomine dicit vītorius.

Femē. A femur. dī h̄ femē minis. 7 sunt ille q̄tes fēmo-ru. q̄b in eq̄tando tergis equor adhēremus. vñ 7 p̄e- liatores olim sub fēminib⁹ amississe equos dicebant vēl fēmē minis. ē cora fēmie. **L**antico. vii. ca. Et ūtura fēminū tuor. sīc monilia. vñ h̄ feiale lis. brace feiaꝝ. q̄ tegat fēmina. **E**t hinc fēmē dī q̄nq̄ pinguedo illa q̄ ē in pube mulieris. **E**t femur dī q̄ ē in pube vīrois. h̄ tñ p̄iectas sepe corrūpit apud autores vtētes predictis vocabulis indifferenter.

Femina. dī a fos qd̄ ē ignis q̄ signita. q̄ vēhemētius vīo ardet 7 cōcupiscit vel fēmina dī a fetiditate. qua- si fetida. q̄ generat fetuz. 7 bīc hec fēmella le. 7 fēmella le. 7 fēminula le. oīa dimi. 7 fēmīne nīa. neū. 7 fēminus na. nū. res fēte. vīl p̄tinēs ad fēminā. Itē fēmia pōt esse psalis nūeri. p̄ cotis mīlieꝝ. vide in fēmē minis.

Feminelle lis. pdū. penul. vide in fēmē minis.

Feminella le. di. quia fēmina.

Feminin⁹ na. nū. a fēia dī 7 scribis p̄ i. in ante pēnile. 7 penl. syllaba. vt cui⁹ ge. feminini. **C**ū gen. vi. ca. dī. Et ex cūctis aiantib⁹ vniuerse carnis bina induces in arcā masculini sexus 7 feminī.

Femino nas. nani. dī a fēia 7 ēfēiare more fēmīas se- bē. 7 fm̄ h̄ neutr. ē 7 absolutū. vel fēmino nas. i. molle 7 fēminē facere. debilitare. eneruare. enirare. 7 p̄po. effēmino nas. i. valde fēiare. **F**emino. 7 eius cōposita in hac significatōne sunt actua. p̄ducūt fe. sicut 7 fēmia. **O**ni. de arte. **S**ic ruit ad celebres cultissima fēia ludos. **F**eminula le. dimi. quia fēmina. penl. cor.

Femorale lis. penl. pdū. 7 exponit in fēmur.

Femurris. ge. nū. cor. penl. gtū. 7 sunt fēmora ab in- guine vīq̄ ad genua. dicta a fēmia. q̄ ibi sit distinctio eius 7 viri. vel fēmē ē cora virilis p̄rie. vñ hoc fēmorale lis. brace vīroz. q̄ fēmora tegat. **H**ec fēmē ē cora p̄rie fēmīe. vñ 7 fēmē dī q̄nq̄ pinguedo q̄ ē in pube vīroz. si cut fēmē pinguedo q̄ ē in pube mulier. **H**ec tñ p̄rie- tas apud autores sepe corrūpit. **E**t scias q̄ fēmē et ge- nus 7 stirps dicit.

Fendo dis. nō est in vñ. sī p̄po. defendo dis. di. sum. su. **I**nde defenso sas. freqn. **I**te cōpo. infendo dis. di. sum. **I**nde infenso sas. freqn. **I**tem offendo dis. di. sum. su. **I**nde offenso sas. freqnta.

Fenero. A fēnū. dī fēnero. raris. **E**t in eodez sensu inuenit fēnero ras. i. mutuare vel mutuari. s. dare ad vīrā. vel accipe. ē cīm dāris 7 accipientis et q̄ dat mu- tuo. 7 q̄ accipit fēnerat. **A**n bic fēnerator. tois. q̄ dat 7 qui accepit fēnū. q̄si fēnero. actor. 7 fēnerator. rīa. rīū. **F**enero vel fēnero. raris. 7 p̄po. **C**ofēnero ras. vel confe- nero. raris. i. simul fēnerari. **D**efēnero ras. vt defē- nero. raris. i. ditare vel ditari. vel valde fēnerari. vel deser- uire. vel a fēnōre remouere. **R**efēnero ras. vīl refēnero. raris. i. itēz fēnerari. **E**t nota q̄ fēnero vel fēneror inue- nitur etiā p̄ cōmīgēre vel ligare. **F**ēnero ras. cuī omīlo suis cōpositis est neutrū. **S**ed fēnero. raris. ē deponen. cuī suis cōpositis. **T**amē fēnero ras. q̄n stat p̄ cōmīgēre vel ligare. et defēnero. p̄ ditare sunt actua.

Fenestra stre. dicitur a fos quod est lux. quia lucē ferat. vīl q̄ per eam videamus foris lucem. vñ 7 fenestra dicitur quasi ferens nos extra. vel fenestra cōponitur a fos 7 ministro. quia ministrat lucem domini. 7 sunt p̄- prie fenestrae quib⁹ exterior pars angusta est. sed interi- or diffusa 7 hinc fenestrella le. dimi. id est parva fene- stra. fenestratus ta. tñ. 7 fenestro stras. i. fenestras face- re. vel fenestras p̄pare.

Feniceon grece latine dicitur rubēum. vnde fenice- cea. cēum. id est rubēus. vnde feniccam vestem dicunt

greccī quā nos coccineam dicimus. vnde puniceus cea. cēum. id est rubēus. quasi fenicē. 7 hic 7 hec fenix cis. id est homo rubēus. q̄ ergo illi ex vicinitate solis sunt punicei seu fenicē dicti sunt fenices. vnde etiam quia ipsi primi inuentores literaz fuerunt. adhuc capitales literas rubeo colore. id est minio vel vermilione scribi- mus. vt colore representemus illos fuisse inuentores li- teraz. 7 ab eis terra quā coluerūt dicta est fenicia feni- cie. vnde hic 7 hec fenix fenicis gentile. s. q̄nīq̄ est de terra illa. sive sit rubēus sive nō. **E**t feniceus cea. cēum. in codem sensu. **I**tem a fenicea dicit penus na. nū. sub tracta aspiratōne. si phenicea scribat per pb. vel muta- ta f. in p. si scribatur perf. **E**t a penus mutata e in n. sit pun⁹ na. nū. **E**nde pun⁹. ca. cē. 7 hinc puniceus. cea. cēum. omnia in eodem sen. **E**t nota diligenter q̄ peni puni. 7 punici et punicei. dicitur tam illi de punicea q̄ carthaginenses 7 africani. **D**ido qd̄am fuit de tyro 7 sidone ciuitatib⁹ fenicie fugiens fraterem suū pigmalio nem venit in afric am cum magna multitudine suoꝝ cū quib⁹ carthaginē edificauit. 7 hinc carthaginenses di- citisunt peni vel puni vel punicei vel punicei 7 terra car- thagini adiaciens dicta est punica. **T**amē postea am- pliata est appellatio dicta ē generaliter africa terra pu- nica. **E**t africani dicti sunt punici peni vel puni. **G**ū 7 qd̄am genus malorū dī malum punicū. quia de illa regione fuit allatū. vel quia ibi plurimū abūdat vel q̄ grana habeat rubea. **I**tem a feniceon hic fenix cis. que dam avis arabie de qua dicam in suo loco. **E**nī fenice- us cea. cēum. qd̄ ptinet ad fenicē vel res fenicis.

Feniceus cea. cēum. in trib⁹ significatiōnib⁹ inuenit. **N**am feniceus. i. rubēus a feniceon. 7 feniceus id est de fenicia. 7 fenicēs cea. cēum. quod pertinet ad fenicē auē sicut plenus dixi in feniceon. 7 potest scribi p̄ pb. vīl p̄ f. indifferenter.

Fenicium cīj. est herba fulonū quenigram facit tin- ceturam. **E**nde ysa. j. Si fuerint peccata nostra quāt̄ fenicum.

Feniculū. a fēnū. dī hoc feniculū li. penul. cor. vīl hoc feniculū. quia tīsfus hñi herbe. 7 radices acūnt vīsum. **C**ū 7 feniculū dī quāsi oculoz fēnū. vel dī sic. quia h̄ herba est calida 7 sicca.

Fenix cis. com. ge. id ē homo rubēus. a fenicēs dicit. **I**tem fenix dī a fenicia. 7 tūc est gentile. i. hō de fenicia 7 in istis duab⁹ significatiōnib⁹ est cōis gene. vt dixi in feniceon. **I**tem a feniceon quod est rubēū. dī hic fenix cis. mas. ge. penul. pdū. qd̄am avis arabie. de qua dicit Ambro. in exameron. **F**enix quoq̄ avis in locis arabie perhibetur degere. atq̄ ea vīq̄ ad annos q̄ngētos lon- gēna etate p̄cedere. qui cum sibi fīmē vite aduer- terit. facit sibi thecā de thure 7 mirra 7 ceteris odoribus in quā impleto vite sue tempe intrat 7 morit. de cī- ins humore carnis vermis exurgit. paulatimq̄ adole- scit ac p̄cessu statuti tempis induit alaz tegmina. atq̄ in superioris quis speciē formāq̄ repatur. **D**oceat nos igit̄ hec quis vel exemplo sui resurrectōnem credere q̄ etiā sine exemplo 7 sine rōnis p̄ceptione ipsa sibi insu- gnia resurrectōnis instaurat. 7 vtq̄ aues propter ho- minē sunt. nō homo p̄pter aues. **S**icigit exemplo do- cet nos q̄ auctor 7 creator omīnū sanctos suos p̄ire in p̄petuū nō patiatur. q̄i quēm vīnicam p̄ire nō ē passus resurgentem sine semine voluit eā. ppagari. **I**sido. etiā xī. etymologiaz. di. **F**enix arabie avis dicta. quia colo- rem feniceū habet. vīl quia sit in toto orbe singularis. 7 vīnica. **N**ā arabes singularē fenicēm vocant hic quin- gentos 7 ultra annos vīnes. dī se videt fennissic. colle- ctis aromatiū virgulisi rogu sibi instruit. 7 conuerso ad radiū solis alaz planū volūtariū sibi incendium facit siccū itēz de cinerib⁹ suis resurgit. 7 potest scribi p̄ pb. sine per f. fenix.

Foenū ni. dī a fos quod ē ignis. quia facile igne accen-

De litera

Datur. vel eo flama facile nutriat. et scribit p. oe. diphs. thongi. tñ fm vsum prima vocalis taceat et nō exto to scribitur.

Fenus nōris. ge. neu. i. vslura. s. vslura ēln c̄ de capita h. acceptū. fen? h̄o lu c̄ de vslura acceptū vel vslura ēli ne determinato tpe. sicut q̄ accōmodat. xij. denarios p vno denario. q̄tq̄t mēsibꝫ acceptor voluerit. **F**en? h̄o ēcū tpe determinato. sicut q̄ accōmodat viginti p triginta vslq̄ ad mēsem vñ fenns vocat auidum. q̄tq̄t sic accōmodat semp auet. vt illa d tps veniat cito. vñ **L**ucanus. **H**inc vslura vorat auidae. quod in tempe fen?. Indifferēter tñ qñq̄ vltūtur autores pdictis vocabulis. Et inde fenerens rea. reū.

Fera fere. d̄r a fero fers. Et d̄r fera ois bestia. q̄toto corpe ferat. vel q̄tatur naturali libertate et desiderio suo rvolūtate p̄pria feratur. **F**ere sunt etiā si nō sciuīt Bestie h̄o a vastādo dicte sunt. q̄t morsu v̄l vngnibꝫ sciuīt quasi fastia. Ex his patet q̄t ois bestia est fera et nō ecōuerso. s. h̄ distinctū ē sup̄ diligēt lat̄ in bestia.

Feraculus la. lū. aliquidū ferat. et d̄r a ferax cis.

Feralis. a feron qd̄ ē mors d̄r h̄ s. h̄ feralis et hocle. id ē mortalis. lugubris. fenebris. et pdū. ra.

Feratp̄ tri. d̄r a fera re. et sunt ferae tecta siluaz spissa

Ferat. Afero fers. d̄r h̄ s. h̄ hoc ferax cis. i. fecidus.

abūdans. Et cōpas ferax ciot. cissimus. vnde feraciter cius. sime. aduer. et hec feracitas tatis.

Ferbeo bes. in feruco ues. exponit.

Ferculū. a fero fers. d̄r h̄ ferculū li. missoriū. **F**erculū etiā d̄r mēsa. sup̄ quā ponūt ferela. Itē ferculū etiā d̄r vasculū in q̄ porta ferelū. vñ salomō in can. **F**erculum fecit salomō rex de lignis libani. fm bug. P̄p. h̄o dicit. **F**erculū discus. mensa edentū. aut vasculū missoriū in quo epule feruntur.

Fere aduer. i. ppe. v̄l in. et d̄r a fera. Lū. n. toto corpe fere ferat sunt magne celeritatis. q̄tnor q̄pē pedibus vñ. s. celeribꝫ oia inxta sunt. et fere p̄petēter ponit p̄inū v̄l ppe. Itē fere. i. pene ferme. vide in sanus.

Ferentarius. a fero fers. d̄r h̄ ferentariū tarij. i. verillifer. vel fundabulariū. vel sagittarius. q̄t ferat arcu. vñ Ambro. sup̄ egisippū. Et vt solet in ferentarioū plijs plura vulnera q̄t neces inferebant.

Feretp̄. Aferon qd̄ ē mors d̄r hoc ferety tri. q̄t ferat mortuū. q̄t aut d̄r ferety q̄t ferēs atrū etymo. ē. Quivā tñ volunt deriuari ferety a fero fers. q̄t ferat mortuū. Alij dicit ferety dici. q̄t ferat tety. i. mortuū. s. postius ē etymologia q̄t p̄positio.

Feria. a ferio ris. d̄r h̄ feria rie. cessatio ob ope seruili. vñ et feria d̄r festiu d̄c. in q̄ cessare debem̄ ab opibꝫ bñlib. in q̄ sola res diuina d̄r geri. et d̄r feria a feriedis victimis. et fm h̄ soli festiu dies dicūt ferie p̄prie q̄bꝫ sacrificia p̄cipue solēt fieri. Et q̄t q̄libet die debemus cessare a vicis. Inde ē q̄t q̄libet dies p̄t dici feria. vel feria dicitur quasi faria. a fando. q̄t in creatione mudi p̄ singulos dies fabas d̄r. In p̄ma em̄ die dixit deus. Fiat lux. In sedā die dixit. Fiat firmamentū. et sic i alij vel d̄r a fando feria. q̄t in feris ē nobis tps sandi in diuino vel hūano offō. et fm h̄ q̄libet dies p̄t dici feria. fm q̄t p̄su etudinē xpianor sic appellāt i sunt dies. Dies solis prima feria. v̄l dies dñica. Et dies lune secunda feria. et dies marti t̄cia feria et dies mercurij q̄rta feria et dies iouis q̄nta feria et dies veneti seū fe. et dies saturni feria septiā et ē sensus duplex q̄t h̄o dies ab initio habit? ē feriale. Id dies dñica nūcupat p̄ma feria q̄t p̄m? dies ē a feria. i. a sabbato q̄t feriale solet ēē. Dies lune d̄r sedā feria. q̄t secundū ē a feria. i. a sabbato. et sic de ceteris. Etel dies dñicus d̄r p̄ma feria. q̄t ē p̄m? dies septimane q̄t feria. et sic d̄r ceteri. Qualit̄ dies fm hebreos et gentiles appellāt. dicā in sabbati.

Feriat. Aferia d̄r feriat? ta. tñ. i. festiu. Oro prie q̄d̄z dies feriat vocant. quibꝫ res diuina fit. et absti-

F ante E

nere etiam oportet hominem a litibus et openibus servilibus.

Fenius. a fera d̄r ferinus na. nū possessor. et hec ferina ne. i. xenatio. Unde Virgilins. Impletur veteris bacchi pinguisq̄ ferine.

Ferio ris. caret p̄terito et supino. sed mutat ea a percūtio tis. quod ē eiusdē significationis secū. et facit p̄cessū p̄cessum. Et cōponit ferio referio ris. id est iter ferire. vel retro ferire. Ferio cū oibꝫ suis cōpositis est actuus et cor. p̄m. et ē quarte cōingatōis. Unde Quid. Ipa. q̄t ceruleis carta ferit aquis. Horatius. Non semper feriet quodcūq̄ minabat arcus.

Ferio ferias. qd̄ poti? ferior aris d̄r. i. cessare ab operibꝫ. vel solennizare. Et est ferio neutrū. sed ferior deponen. cū suis cōpositis si qua habet. et d̄r ferio vel feria.

Fermentum ti. i. zima a ferueto ues d̄r q̄t excrescat. vñ fermentatus ta. tñ. Unde quidā panis d̄r fermentat? i. fermento corrupt? et fermento tas. i. fermento corrupte. et quia p̄z fermenti totā massam pastē corruptit. Ideo quandoq̄z ponit p̄ peccato. quia etiā p̄ū mortale magnā massam virtutū mortificat. quia q̄t in uno offendit factus ē omniū reus. teste aplo.

Fero ferstuli. latū. verbum ano: malum cor. primā tā in presenti q̄t in p̄terito. et inuenitur in quatuor significationibꝫ. Nam fero. i. cupio. Quidius. Tu noua fert animus mutatas dicere formas. Fero id est dico. fero id est sustineo. vel patior et tolero. Et fero id est porto. Quas significationes iste versus indicat. Fert patitur dicit. fert cupit atq̄ genit. Unde verbalia lato: latīx latio. Fero cōponit cū ad et mutata d. in f. d̄i affero afferat attuli. allatū. i. ferre ad aliqd̄. Itē p̄ponit cuz ante. et d̄r antefero antefers antefuli. anteflatū. Itē cuz ab et mutata b. in u. tñ in p̄senti dicit antefero aferat abfulti ablatū. id est eripe. vnde verbalia ablator. ablatrix ablatio. Item cū con et d̄r. Confero cōfers contulī collatū. Et scias q̄t mala irrogare sed bona aferuntur.

Item cū circū et d̄r circūfero circūfers tuli latū. Itē cuz dis et d̄r diffiero distuli dilatū. Item cū de et d̄c defero defers. detuli delatum. Item cū ex et d̄f effero effers extuli elatum. Item cū in et d̄c infero infers intuli ilatum. Item cum pre et d̄f prefero preferstuli latum. i. antefere vel preponere. vnde prelatusta. tum. Item cum p̄t d̄c p̄fero protuli platum. i. loq̄ vel generare. Item cuz per et d̄r perfero tuli. latū. i. pati. sustinere vel p̄fecte ferre. Item cuz ob. et d̄r offero offers. obtuli oblatum. i. vltroprebere vel obuiā recipiēti ferre et mutatur b. in f. in p̄senti. Unde hec oblatio omia. Item cō re et d̄c refero refers retuli relatū. qd̄ multa significat. Item cū sub et mutata b. in f. in p̄nti et b. in s. in p̄t terito et d̄c suffero suffuli sublatuz. i. pati. vel sursum ferre. et elevare. Item cū trās. et d̄f transfero tuli latum. trāsferre. i. vltra ferre vel de vno loco ad aliū ferre. Et nota q̄t fero et omnia sua p̄posita faciūt frequentatiua a supino. vt latō tas. ablato tas. collato tas. dillato tas. Item nota q̄t fero accipit p̄teritū mutuo a tollo tuli. v̄l de tulo. quod antiquit userat in vsu. Et similiter accepit supinū mutuo a lato tas. quod modo est frequentatiū eius. sed accipit illud non integrum. s. latatum. sed syncopatū. s. latum. Composita h̄o a fero similiter accipiūt p̄teritū et supinū a cōpositis eoz. Item nota q̄t fero et omnia ab eo cōposita sunt activa. exceptis defero p̄ honore impendere et differo p̄o distare. et refero p̄o d̄f istare. vel prodesse. q̄t sunt neutra in istis significationibꝫ. sed in alijs sunt activa. Et omnia faciūt p̄teritū in tuli. et supinū in latum. et omnia sunt anomala. i. nullius cōjugationis regularis.

Ferocia cie. fe. gen. idem est quod ferocitas et dicitur a fero ferocis. Unde martialis. Pitagorici edocerūt ferociā animi cū tibꝫ mollire. et in hymno marty-

Delitera

rum legūt quidam. **H**ipio te farias atq; ferocias calcarūt hoīm.
Ferocio cis. cini. cire. i. scuire v̄l despicē v̄l fastidiri. et terminatur a ferociis.
Feron grece lati ne d̄r mōs.
Feronia nie. quidam fons vel palus. et d̄r a fero fers q; cōferat utilitatē bibentib;. et hec ferocinia ferocinie v̄l dea illius ac vel fontis.
Ferox cis. in ferus exponit.
Ferrarius r̄j. qui in ferro opat. vel q; ferrū equi facit. et terminat a ferrū.
Ferrel ē p̄teritū imperfectum subiectiū de ferro ris.
Ende dicendū ē p̄terito imperfecto cuž ferrer reris. vel rere. ref. et ita in cōpositis ut auferret. deferret. inferret. offerret. et sic de alijs similib.
Ferro. a ferro p metallo fit ferro ras. rau. qd̄ sistr p̄de fieri a ferro eq; et ē ferrare. ferro aliq; p̄parare ornare. et cōpo. cū ad. et d̄f affero ras. rau. rare. i. iuxta vel vals. deferrare. Itē cū ab b. mutata in u. et fit affero ras. rau. i. ferrū auferre vel amouere. Itē p̄ferro ras. i. sim ul ferrare. Deferro ras. i. valde vel deo: suz ferrare. v̄l ferrū remoue et extrahere. Itē effero ras. i. deferrare. Itē in ferro ras. i. ferrū intromittere. et proprie v̄sq; ad imū. Itē p̄ferro ras. i. an ferrare. Itē referro ras. i. itez ferrare. v̄l retro ferrū remouere. i. deferrare. Item suffero ras. i. subt⁹ v̄l post vel pax v̄l in superficie ferrare. Item trāferro ras. i. v̄l v̄sq; ad alia pte immitttere ferrū. Ferro cū oib; suis opositis est actiū. et scribit p geminā r.
Ferrugo. a ferrū d̄r hec ferrugo nis. i. ferri rubigo. Et h̄ ferrugo. d̄r qd̄a colori silis ferro. et ē purpure sub nigra. et fit in hispania. vñ ferrugine nea. neū. de ferrugine cristē. et ferruginosus sa. sum. plenus ferrugine. et potest cōpari.
Ferz. a far. ris. d̄r h̄ ferz ri. q; farra. i. semia frugū ter redat. vñ ferreus rea reū. i. de ferro ex̄s. Itē a ferrū d̄r h̄ ferramēti ti. i. instīm ferreū. et accipit collectiue. et h̄ ferz ri. p ferro eq; q; ex puro fiat ferro. et i. tali significatiōe ferrū h̄ plalitatez. Et scias q; purgamenta ferri sunt rubigo et scoria. Itē iuuenit h̄ ferz ri. mas. ge. p proprio noīe viri. q; q̄litas vocis cēntia rei nō mutat. Post etiā declinari h̄ ferro ri. et ita de cōsimilib; dicas.
Fertilis. a fero fers d̄r h̄ et h̄ fertilis et h̄ le. i. abundans multa seres. fertilis ager ē. fructuosus v̄o ē q̄cōq; ppendio ē. Et p̄part fertilis lio. sum. vñ fertilitate. lius sime. aduer. Et h̄ fertilitas tatis. et corr. penl. fertilis.
Fertū. a fero fers deriuat h̄ fertū ti. i. oblatio q; altari offeret. et postea a pontificib; sacrificat. Itē fertū q̄nq; ponit p̄ partu. vt dixi in fartū.
Ferueo. a form⁹ quod ē feruēs d̄r feruo uis. et ferueo uis quasi fermeo. i. bullire. scatere. calefieri. estuari. Et ponit sepe p freqntare. sicut ecōtrario frigere. p cessa re. q; cū locus aliq; freqntat calcādō v̄r calefieri. sicut etiā frigere cū nō freqntat. q; aut d̄r ferueo q̄si fos ha beo etymologia ē. et h̄nt idē p̄teritum feruo et ferueo. s. ferui. s. freqnt⁹. pferi syncopā ferui. vt d̄chiquitō. **P**ustria. tñ dicit q; ferueo et feruo h̄nt idē p̄teritū. s. ferui. vñ h̄ feruo oris. Itē a ferueo mutata u. in b. d̄r ferbeo bes. bni. in codē sensu. et quodlibz istoz pponit et d̄r cōferueo ues. et cōferuo uis. et cōferbeo bes. i. siml feruere. Item deferueo ues. et deferuo uis. et deferbeo bes. i. valde feruere. vel deo: sum a fernore esse vel cessa re. Item efferueo ues. efferuo uis. et efferbeo bes. p̄ ges minū f. q; mutat x. in f. Item inferueo ues. inferuo uis et inferbeo bes. i. valde et intus feruere. et ab omib; istis sunt inchoatiā. s. feruesco feruisco. ferbesco. et sic d̄ alijs ferueo et feruo uis. et ferbeo. et coruz cōposita oia sunt neutra et carent supinis.
Feruidus a ferueo ues. d̄r feruidus da. dñ. i. calidus et rachidus. et cōpatur feruidus d̄or. dissimus. vñ fer vide dñs. dissime aduer. et hec feruiditas tatis.

F ante **E**

Fernla. a ferio ris. d̄r hec ferula le. penl. cor. qd̄dam genus herbe. et palmatorū inde factū d̄ ferula. Dicit em̄ cornutus. q; ferula ē genus feniculi qd̄ crescit i mōte gargano. et inde assert a pegrinis in modū rectoti baculi qd̄ est tamcalide nature. q; cū anster flat qui suniliter est calidus. fit qd̄a cōflictus et cōfractio inter herbas illas. et inde p̄creat ignis a deo magnus. q; qñq; cōburitur tota regio. a qua cōbustione beata agathba siliculos et romanos liberasse legit. De hoc genē herbarū faciūt doctores palmatoria. et lenā manū discipulorum verberat. q; cor. hominis a leua pte est. Cū qñt circa illiciū sanguis cōgelat et obstat aio ne possit v̄rū decernere. calo: illa p̄cussione excitatus v̄sq; ad cor p artere as descendēs calefacit sanguinē cōgelatu. et ita ex aio cecitatem expellit.
Ferularū r̄j. locis vbi ferule abundat. a ferula d̄r. et p codem inuenit hoc ferulentū ti.
Ferulentū ti. vide in ferularū et pdu. penl.
Feruo uis. in ferueo ues. vide.
Fernorū r̄j. i. caldariū. a ferueo ues. d̄r.
Ferus. a fero fers d̄r hic ferus ri. Unde psal. Singlaris ferus depastis ē eam. et hec fera re. de qua dixi sup in suo loco. Et a fera deriuatur ferus ra. rñ. i. crudelis. durus. asper. et cōpatur ferus r̄j. sumus. vnde hec feri tastatis. i. crudelitas. et hic et hec et hoc forox cis. id est crudelis. immāsuetus. et cōpatur ferox cito. cissim². vñ ferociter eius. sime. aduer. Item a fero d̄r hec ferocitas tatis. et hec ferocia. cie. in eodez sensu. Et nota q; ferox est animus. ferus est leo. Item ferocitas sepe laudi habetur. Est em̄ ferocitas militū. et ferocia iuuetus d̄r. Sed feritas diri animi est. Ferox cōpo. hic et hec et h̄ preferox cis. et cor. fe. **L**ucanus. in quarto. Nō sonipes in bella ferox nō iret in equor.
Fescenia. a fascinus d̄r hec fescenia fescenie. mulier q; expellit fascina.
Fescenine. a fescenia nie. dicit bi fescenini. hoy fescenino. i. carmina q; dicit mulier quando expellit fascinum. et he. fescenine naz. i. carmina que mulier dīc mouendo cunas vt sopiat puer. et qñq; fescenine dicitur landes. Unde habetur in quadam sermone. q; angeli astantes domino nato in p̄sepio canebat gloria in excelsis deo. et in terra par homib; bone voluntatis. pro fesceninis. quasi loco fesceninx. id ē tales fesceninas dicebant circa em̄ vt quasi dormiret. s. gloria in excelsis deo z̄. et sic laudabant cū. Item inuenit fesceninus nam. a fescenino oppido. vnde Horatius. Fescenina a phūc inuenta licentia moy. fm bug. Pap̄ etiam dicit. Fescenina cantica nuptialia. que in nuptijs cantantur.
Hiero. in sermone de assumptione beate marie q; incipit. Cogitisme o paula et custochiū z̄. sic di. Int cte pūdia noni partus et querelas nescij plorat⁹ p fesceninis porro quoq; gloria in excelsis deo. et i. terra par homib; bone voluntatis. angelos cātantes audistis. et p̄du. penl. fescenine. Item dicit Pap̄. fescenin⁹ na. nū. i. nuptialis a fescenino oppido quodā cāpanie.
Fessus. a fundo dis. d̄r fessus sa. sum. quasi fissus. id ē diuisus a sanitate. nec iaz integer salute. Et ē generale nomen. ad omnia. n. refertur. Dicimus v̄o fessus animo. fessus corpore. quod ē magis est propriū. et fessus resum ad casum venientiū. quasi inops copiaz et fm hoc est nomen. fm v̄o quod ē participiuz. dicitur a fatio scor sceris.
Festialis festis vicitur hic et hec festialis. bni festialis. i. sacerdos vel orator p quē bellū indicif et pax cōponit. q; et fecialis d̄r. vide supra in fecialis.
Festino. a festum qd̄ est lignū quoddaz. dicit festino festinas festinari festinare. id ē accelerare. videntur em̄ tigna at festum celerare. et ideo tractum est inde festinare quasi ad festū nare. vnde festinus na. num. Festino acutum est et absolutum. Tamen videtur constitui

Delitera

cū actō. s vel habebit ille actū vim ablatīni. et designabit cām. vt festino viā. i. p viā. vel abum habebit in se vim alteri verbi vt festino cibū. i. festinātē paro vel coquo cibū. vel festino te. i. facio te festinare. vñ et qñq̄ inuenit passiū ei in tercia psona. vt aio cupienti nū bilis tatis festinat. vñ festinatus ta. tñ. picipiū. Festino differt a ppero. Properat em̄ qui quod incipit matre transigit. Festinat q̄ multa simul incipit nec p̄ficit. et p̄d. penultimā festino nas.

Festinatcula le. dimi. pna festivitas.

Festiuus na. vñ a festus dī. et ē festiuus idē qd festus. vñ p̄ translatōem dī hō festiu. i. let. cōptus suauis. vñ festiu aduer. et festiu uas. i. festare. Et h̄ et h̄ festivalis et h̄ le. vñ festivaliē aduer. et h̄ festivalitas tatis. i. solēntas vel suauitas dulcedo ornatus. leticia. Et dī festiuas q̄ festiditas. a festis diebo et ē etymologia.

Festra a fenestra p̄ syncopam dī hec festra sire. pna fenestra vñ macrōbius de saturnalib. Festra quidem est minusculū ostiū in sacrario.

Festuca ce. i. stips. sc̄z minūm pondus vel puluis vel atbom. Jū effelincare abū iuris. i. abrenūciare.

Festulū li. dimi. pñ festū et cor. penf.

Festū sti. est illuc lignū in summitate dom⁹ ad qd oia dirigunt tigna et in q̄ pueniūt. vñ h̄ festū sti. p̄ solennitate. Dicut em̄ ad festū lignū tigna dom⁹ conneniūt. sic ad festū. i. ad solēnitatē homines pueniūt vel festū dī a feria q̄ si feriatū. Et hinc festus sta. sū. vt festus dies. et sunt festū dies tñ ocij et religionis. q̄ in eis sola res diuina sit. Et nota q̄ festi dies dicunt ex cōsuetudine. s̄ solēnes q̄ ad homines p̄tinēt. vt parētela. vt en̄ quis defuncti officia expleuerit dī solēnia p̄stisse et a fest⁹ dī festo stas. i. festū celebrare solēnizare. Et nota q̄ sicut dicit p̄s. tractans de dativo et ablativo sc̄de declinatio- nis. Festoz noia diez in a. desinētia semp̄ pluralia genitiū quidē. tā h̄m formā sc̄de q̄s tercie p̄ferit. datinū zō et ablatiū h̄m terciā. vt h̄ vulcanalia horz vulcaniō vel vulcanaliū. his et ab his vulcanalib. Similiter saturnalia floralia. vnde qdā. Nomina festoz dicas in iū vel in oꝝ. Et scias q̄ gregō. di. in omelia de octauis pasce. Ecce solennia pascalia agimus s̄ ita nobis viuendū est vt puenire ad eterna festa mereamur. Transeūt cūcā q̄ t̄paliē festiuas celebrant curate qui bis solennitatib interestis. ne ab eterna solēnitate sepe mini. Quid p̄d est interesse festis hominū si deesse contingit festis angeloz. Umbra venture solēnitatis est solēnitas p̄sens. id circa hanc annue agim⁹ vt ad illam q̄ non est ānua s̄ continua p̄ducātur. De festinitatis bus veteris testamēti quas iudei celebrat̄ dixi in fāse et in encenia.

Fetans tis. in fetot̄as. exponit.

Fetco. A fedeo des mutata d. in t. dī feteo tes. tui. te- re. i. esse vel fieri fetidū. q̄ aut dī fetet q̄si fos tenet. id ē ignē vel aerē etymologia est. et hinc fetor toris. vnde fetidus da. dum. i. putridus et fetosus sa. sum. i. fetid⁹. Fe- teo cū omnib suis cōpositis siqua babet neutrū est. et p̄ducit fe.

Feto. A fetu ta. tū. dī fetu tas. tanu. tote. i. parere vel generare. Et inde fetat⁹ ta. tū. i. generat⁹ vel p̄tus et fetans tis. ois ge. picipiū. i. generās vel pariens. et h̄ fetas tis. i. pecus pecudis. vnde psal. et sustulit en̄ de gregib⁹ ouib⁹. et de post fetates accepit eū.

Fetulent⁹. Fetos p̄po. cu lentos qd̄ est plenū et dī fetulent⁹ ta. tū. i. plen⁹ fetore. et p̄pat. vñ hec fetulētia tie. i. fetiditas.

Fetura re. i. yet⁹ part⁹. et deniuaſ a yet⁹ ta. tū. et p̄du. penultimā.

Fetus. A foueo ues. dī h̄ fet⁹ tus. tui. i. part⁹ nat⁹. fili⁹ mulieris. vel pecoris. et p̄rie adhuc existēs in vtero sic dicit⁹. q̄ adhuc in vtero foueat. l̄. p̄ia parto īuenias. vñ fet⁹ ta. tū. i. plen⁹ et qñq̄ liberat⁹. vt ista mulier est

F ante J

fēta. i. p̄tu v̄l filio plena vel iā liberata. Et silr si inueniat̄ feta p̄tu. i. liberata vel plena.

Fetutina res. i. fetida et inqnatissima. ac muliebris sor- dida actio q̄ p̄ mulierē fetū face p̄t s̄m pap.

Fendū dī. est beneficiū et beni ola actio tribuēt gau- diū capiēt. capiēs q̄ tribuēdo in id qd̄ facit. et sua spon- te pata. Ael feundū est illnd bñficiū qd̄ ex beni volentia alicuī ita tradit̄ alicuī vt p̄petrate rei q̄ in feundū dāt penes dāntē remanēt̄ v̄sufructū eiusdē rei ita accipiē- tem trāfferat vt ad eum heredes suos masculos et femi- nas si de eis noiatim dictū fuerit. et impetū p̄tineat. ad h̄ vt ipse et eī heredes fidelē seruat dño sine illud seruitū noiatim dictuz fuit a dño q̄le esse beat. sine indēminate sit p̄missum. Itē feundū dī a fidelitate vel a fide. Nec em̄ vñ aliq̄ inuestitura fieri ei q̄ fidelitates facere recusat.

Fex cis. fe. ge. dī a figo gis. q̄ se mergēdo in fūdo va- lis affigit. vel s̄m q̄sdā dī a fedo das.

F ante J

Fiala le. penl. cor. vas patulū ad potandū vel ad oleū retinendū. Et dī ab bialim qd̄ est vitru. vnde fiala q̄si biala. q̄ olim et vitro siebat. vel fiala et filo qd̄ solet fie- ri. Et vt dicit Pap. Fiale vasa amplitudine diffusa. corda caritatis significat.

Fiber. A fundo dis. dī h̄ fiber bri. quoddā animal qd̄ cū venatores sequuntur se castrat. et sibi mentulā findit. vñ et alio nomine dicit̄ castor. q̄ ipse se castrat s̄m q̄sdā et binc fibrin⁹ na. nū. et h̄ fibrin⁹ ni. lana illius aialis. vñ hec febrina ne. dī vesti. q̄ tramam de fibri lana h̄. vide in castor.

Fibria bīe. dī a febus. et fibra idē qd̄ vena. s̄ diffēt. quia fibria est ipsa corda. s̄ ipse follicul⁹ per quem san- guis discurrat. Vena ipse sanguis cursus v̄l fibre sunt tecoris extremitates sic dicte. quia apud gentiles in sa- crificijs. ad febi aras ferebant̄ ab ariolis. vt ibi respon- sa acciperent. Fibre etiam dicunt̄ vene interiores vel vene et cors vel viscera vel membrorum iuncture. Et inde fibrosus sa. sum. id est plen⁹ fibris. Unde in hym- no beati Joannis baptiste dicit. Ut queāt laxis reso- nare fibris.

Fibrin⁹ na. nū. penl. p̄du. in fiber vide.

Fibula. Fibulū dicit̄ greci. binc nosfibula le. dicim⁹ q̄ p̄ct⁹ feminap̄ ornat. vel firmatorū quo palliū tene- tur in humeris vel cingulū in lumbis. vñ h̄ fibularium r̄j. illud qd̄ aponit̄ mātello. vel q̄ qd̄ immittunt̄ fibu- le ne dissipent mantellū.

Fibulo las. i. fibul⁹ ligare. a fibula dī. Et p̄po. cū ad et dī affibulo las. i. alligare. et p̄rie mantellū. Itē cū con. et dī cōfibulo las. i. simul fibulare. Itē cū dis. et dī dis- fibulo las. Itē cū te. et dī defibulo las. i. dissolnere dissi- gare. Itē cū ex. et dī effibulo las. x. mutata in f. exolue- re. Itē cū in. et dī infibulo las. i. illigare. vel fibulas imit- tere. Itē cū pre. et dī p̄fibulo las. i. ante vel ab anteriori p̄te fibulare. Itē cū re. et dī refibulo las. i. iterū fibulare vel diffibulare. Itē cum sub. et dicit̄ suffibulo las. id est subligare. et mutat̄ b. in f. Fibulo actinū est cū omnib suis compositis. et potest p̄tinere ad mantellum sicut ad hominē.

Ficari⁹ r̄j. qui colligit sic⁹. Itē fican⁹ r̄j. dī quidā te- siluestris. s. pan. vel faun⁹ et satir⁹ vide in pilosus. et dī a ficus s̄m hug. Hiere. l. ca. Habitabūt diacones cu- fatius ficarijs. vbi di. in cliniaris glo. i. cū hominib sil- uanis. Alij dicunt̄ q̄ ficarij dicunt̄ fauni et satiri q̄ in fī- cīus et alias arbores morant̄ q̄ in ysa. xxxiiij. onocētaui et pilosi appellant̄.

Ficatū ti. i. iecur sine epar. et dī a ficus.

Ficedula le. penl. cor. q̄dā avis a fice dicta. q̄ sicma- gis edat. Hec eadē et ficedulēsis dī. Quidā tū dicunt̄ q̄ ficedulēses sunt qui pisces.

De litera

Ficedulensis in ficedula vide.

Ficetum ti. locis vbi crescut arbores fici. et dicitur a fico. et pdu. penul.

Ficosus. A ficus p morbo deruit ficosus sa. sum. tali infirmitate plenus. ficosus sa. sum. etiā pōt dici a fico arbore quasi plenus illis arboreib. et a fico fructu quasi plenū tali fructu. s. ficum.

Ficticius. a fingo gis. dī ficticius cia. ciū. et ficticosus sa. sum. i. q singit v̄l qd singit. ficticij v̄l ficticosi prie sunt falsi amici et simulatorij. s. q singunt facē aliquā ad seruitū amici et faciūt vt ei incōmodū p̄stent. vñ et ficio dicit falsa et facta amicitia q̄si facta actio. et ficticij dicitur fice agentes.

Fictilis. a fingo gis. dī hic et hec fictilis et hoc le. pn̄l. cor. qd facile potest singi. vel quod iam factū est. Un et rasa terrea fictilia vocant̄ quasi facta et cōposita. vt aliquā formā habeant.

Fictim aduer. id est facte.

Fictio omis. in ficticius vide.

Fictor. A fingo gis. dī fector. ctoris. q̄ pponit vel ornat aliqd sic q̄ capillos mulier linit et ptractat. vngit et mitigat. vñ fictori⁹ nia. riū. q̄ singit vel q̄ singit.

